

ἐπομένως δὲν συμπεριλαμβάνοντο εἰς τὴν ἀπαγόρευσιν, ἀποφασίζεται ὅπως πάντα τὰ χωρία, τὰ νῦν ἀνήκοντα εἰς τὴν κοινότητα καὶ ὅσα εἰς τὸ μέλλον θὰ ἀνήκωσιν εἰς αὐτήν, μισθῶνται διὰ δημοπρασίας. Ἐξαίρεσις τῆς ἀποφάσεως ταύτης γίνεται διὰ τὰς ἐκκρεμεῖς αἰτήσεις, τὰς ἤδη εὐρισκομένας ἐν τῇ καγγελλαρίᾳ. 1345, Νοεμβρίου 20.

F^o 144^r Millesimo trecentesimo XLV, die XX Nouembris.

Capta. Cum in millesimo $\frac{c}{ij}$ quadragesimo, mense Nouembris captum fuerit in isto maiori Consilio, eo quod casalia comunis de insula Crete erant pro complendo terminum afflictationis ipsorum, quod de ipsis non posset concedi alicui per gratiam, nec in solutum sub pena librarum c pro quolibet consiliario et quolibet capite, et quolibet alio ponente partem in contrarium, sed quod irent ad incantum secundum consuetudinem; et dicatur quod aliqua casalia postmodum et de nouo deuenerint in comune, uel per rebellionem, uel alio modo, que quia non sunt de illis, que consueuerunt afflictari; dicitur quod non comprehenduntur sub prohibitione dicti consilij, et melius sit pro comuni, quod omnia sint stricta et ad unam conditionem; uadit pars, quod omnia casalia postmodum et de nouo acquisita per comune, uel que acquirentur decetero in insula Crete quocumque modo, intelligantur et sint sub prohibitione et pena in consilio predicto contenta, et ad eorum conditionem per totum. Exceptando in hoc aliquas petitiones, que sint in curia ad presens, faciendo mentionem de ipsis nouis casalibus comunis. Et si consilium est contra etc.

29

Οἱ διάφοροι δικαστικοὶ ἐν Κρήτῃ παραμένουσιν εἰς τὰς θέσεις των ἐπὶ διετίαν, ἐπὶ πλέον δὲ μέχρι τῆς ἀφίξεως τῶν διαδόχων των. 1347, Μαρτίου 15.

F^o 150^{to} Millesimo trecentesimo XLVII, die XV Marcij.

Cum fiant quotidie domini de nocte in Candia et aliqui iudices, qui mittuntur pro duobus annis, et Ducha et consiliarij Crete in complemento duorum annorum statim elligunt deinde alios loco illorum, qui compleuerunt duos annos, et credatur, quod intentio Domini fuerit et sit sicut est in rectoribus qui mittuntur illuc, et alio, quod sint per duos annos, et tanto plus quantum successor eorum distulerit illuc esse; uadit pars, quod ordinetur quod sic debeat obseruari, quod stare debeant in ipsis officijs et iudicibus per duos annos, et tanto plus, quantum successores eorum induciauerint illuc ire. Et si consilium etc.

30

Οἱ ρέκτορες δὲν δύνανται νὰ παραιτηθῶσιν οὔτε ἅμα τῇ ἐκλογῇ των, οὔτε διαρκούσης τῆς ὑπηρεσίας των ἐπὶ ἀπειλῇ ποινῶν. 1348, Ἰουλίου 10.

F^o 157^r Millesimo trecentesimo XLVIII, die X Julij.

